



21  
Bl. 89



VIRO  
CLARISSIMO DOCTISSIMO  
DOMINO  
GREGORIO  
FABRI

HRVSSOVIA-GOEMOERIENSI HVNGARO  
PHIL. ET THEOL. CAND.

CVM

RITV SOLEMNI  
LAVRV POETICA

DIE XXIV. MENSIS NOVEMBER. ANN. MDCCXLVII.

IN ILLVSTRI SALANA  
CINGERETVR

DE

SVMNIS IN HAC ARTE  
OBTENTIS HONORIBVS

LAETAM DECLARATVRI MENTEM.  
GRATVLANTVR

AMICI ET CONCIVES HVNGARI



GENAE, LITTERIS SCHILLIANIS.

*Abulit in orna-  
mentum bibliothecae Zan.  
nonum ipse Cl. atq. Doct.  
Dr. Greg. Fabri Poeta Laure.*



VIRO  
CLARISSIMO DOCTISSIMO  
DOMINO  
GREGORIO  
FABRI

HUNGARORUM-GOMORRIENSIS HUNGARORUM

PHIL. ET THEOL. CAND.

CVM

RITV SOLEMNI  
LAVRY POETICA

DIE XXIV. MENSIS NOVEMBR. ANNI MDCCLXXV.

IN ILLVSTRI SALANA

ACADEMIA GYMNASII

AVGVSTINIS IN HAC ARTE

OBTENTIS HONORIBVS


LAETAM DECLARAVI MENTEM

GRATVLANTVR

AMICI ET CONGIVRES HUNGARI



IN AER. LITTERIS SCHILLIANIS



Tandem pro meritis cingit TVA tempora laurus,  
Ingenii vegeti, iudicii que decus.  
Hos ut maiores semper comitentur honores,  
Eueniantque TIBI prospera cuncta, precor.

Haec Poetae laureato clarissimo, amico, suo aestima-  
tissimo eximios in poetica arte honores multa cum  
laude quasitos gratulaturus adscripsit

T. G. W. EMMINGHAUS.  
Iur. Doct.

Peridum claras sectatus carmine turbas,  
Laurigeri Pindi praemia fronte geris.  
Gratulor haecce TVAE laudis praeconia digna,  
Succedat meritis gloria multa TVIS.

Nobilissimo FABRI, Poetae clarissimo Fautori,  
Amico, Auditori et inquilino suo perquam di-  
lecto, amicitiae hoc atque amoris monumentum  
gratulabundus posuit

M. BASILIUS CHRISTIANVS BERNH.  
WIDEBURG

Fac. Philos. Ienenf. Adimittus.

Fœcundos animos magnique sequuntur honores  
Doctorumque diu nemo latere potest.  
Alta decent fortes et Pallas protehit istos  
Quis finxit Titan cor meliore luto.  
Hæc simul in TE spectantur Doctissime FABRI,  
O! FABRI Musis et mihi dulce caput!  
Musæ TE celebrant socium, ferroque coronant  
Talia pro meritis, nam bona danda TIBI.

Hæc sunt, quibus Praclarissimo ac Doctissimo Dom.  
FABRI de laurea ipsi concessa gratulari suarum  
duxit partium amicus ipsius multis ipsi nominibus  
obstrictus.

M. CHRIST. HENR. KIRCHNERVS.

Vngarus noster celebris Poëta  
Serta nos cuius celebramus omnes  
Hodie lætus meruit perennes  
Laudis honores.

TE poëtae ergo celebrique FABRI  
Nomine æternum vocat Vrbs Salana,  
Cum probasti quod valeas amoenum  
Fundere carmen,

Litteris nostros animos remulces  
Gaudio summo TVA iam repleti  
Dona quae coelum tribuit canemus  
omne per æuum.

Lauream longos superi coronam  
TEque conferuent etiam per annos  
Gratulor multum, voco TE beatum  
Inter amicos.

Doctrina et eruditione clarissimo, poëtae celeberrimo, GRE-  
GORIO FABRI, amico suo carissimo hocce sinceri  
amoris et obseruantiae testimonium adposuit,  
IOANNES IOSEPHVS POITEVIN.  
Gallus Linguarum Magister.

Sic demum viridi FABRI TVA tempora, lauro  
Sat tarde, merito, vestit Apollo, TVO.  
Insignis TVA doctrina ars et debita vora,  
Iam dudum fertis implicuere CAPVT.  
Hæc cunctis cum læta dies hodierna reuelet,  
Laetamur magno hoc iamque decore TVO:  
Laetitiae quantus feruor si gloria porro  
Et si fama, Salus, si TVA maior erit.

IOANNES CIMOREK.  
Teshino - Silesius Th. C.

Sic superi tandem lauro TVA metra coronant,  
Sic labor assiduus praemia iusta capit,  
Omne felici cingat TVA tempora fertum  
Vltro quod magnus dat TIBI KALTSCHMIEDIVS.

F. FEYERABEND, Iur.Cult. Elbinga-Boruffus.

Tellus Pannonidum teneris quem fuit ab annis,  
Salano, viridem, FABRI cum laude coronam  
Littore consequeris. Non contemnenda laboris  
Praemia. Sit felix sit terque quaterque beatum  
Tempus, fronte TVA renidet quo nexile fertum,  
Et TIBI conciliat famam laudemque perennem.

Scriptit de summis in arte poetica obtentis honoribus  
gratulaturus

IOH. GEORG. FISCHER.

Ph. et Th. C. Caesareo Forensis-Hungarus.

Semina cui felix natura poëseos indit:  
Ille coronatum tollit ad astra caput.  
Quo TE praecipue extollam iam nomine FABRI!  
Nescio, sunt meritis verba minora TVIS.  
Lauro quot frondes, quot frondibus esse videmus  
Gemmas, tot laeti sint TIBI in orbe dies.

Gratulabundus adposuit

SAMVEL HELNER, Felca Scepulcio-Hung.

Th. Cult.

Nec mihi Castalio manant de flumine versus,  
Nec mihi virgillii vena benigna fauet;  
Cum tamen ornaris Lauru clarissime FABRI,  
Qualiacunque meo carmina ab ore, fluunt.  
Accipe, Sinceri, non fictum pignus amoris,  
Cognoscant laurum saecula cana TVAM.

IVSTVS GEORGIVS HEYSER.

Hersf. Hassus, L. L. C.

Sic viridis lauri, Caput ornat torta corona  
Tandem, VIR FABRI, nunc quoque Docte TVVM,  
Sic TIBI lux hodierna dedit, quod iam merebare  
Dudum, sic tua mens quod petis assequitur.  
Haecque, adeo afficiunt pectus mihi gaudia, vt ausim  
Hic TIBI laetitiae ponere signa meae.  
Gaudeo, nam video laudes ascendere ad astra  
Quas attingere non sustineo, hinc sileo.  
Pergas sic florere, vigere, virefcere laude  
Vtue virent lauri perpetuo folia.

PAVLVS KISCHA, Tefchino-Silesius.

S. S. Theol. C.

Quod Flaccus dicit: \* neque ego illi detrudere ausim, • *Hor. lib. 1. Sat. X.*  
Haerentem capiti multa cum laude coronam  
Hoc ego de nostro nunc FABRI dicere possum,  
Castalidum Praefes Phoebus, quem tollit in altum,  
Et musas inter numerat lauruque coronat,  
Frondebis aeternis fugientia tempora, iure  
Deridente. Magis pulcrum est nil frondibus istis.

Haec Specimen haud fucatae amicitiae testaturus  
adposuit

CAROLVS SAMVEL KNOGLER.

Sempr. Hung. Med. Cult.

Quam peperit mens docta TIBI suadente coronam

Calliope, istius proemia digna capis  
Grata lyrae faciunt musae modulamina grata  
Atque suis tollunt plausibus ista, tuae  
Ipsarum princeps meritum TIBI reddit honorem  
Et TVA distinguit tempora fronde sacra  
Acclamant socii votivis vocibus omnes;  
Accedunt partes muneris inde meae!  
Intueor laetus meritum tanta TVORVM  
Proemia, quae poscit peruigil artis amor:  
Gratulor et surgas faustis successibus, opto:  
Hinc venient certe proemia plura TIBI.

Hicse amicitiam testari voluit integram

P. C. F. KOCH. Thuring. Ohrdruffensis.

LL. Cult.

DOCTE FABRI! ingenio nunc monstras praemia digna,

Lauro dum viridi tempora cincta vides.  
Imponunt musae cultoribus haec coronas:  
Sic quoque nunc tribuunt munera iusta TIBI,  
Gratulor haec simul hoc iungens, vt debeo, votum:  
Floreat vt semper gloria lausque TVA.

MATHIAS MACHAL.

Sil. Med. Cult.

ARTIS amatores cum perlustraret Apollo,  
Quos Sacri vidit montis adire iuga.  
Inuenit FABRIVM mulcentem sitaüter aures  
Cantu, inquit nostros augeat ille choros,  
Frondebis huic dixit caput exornetur amatis,  
Et nymphas teneras neçtere Serta iubet.

Haec pauca ad testandam non fucatam ami-  
citiã scripsit.

CHRISTIANVS SPILVVS de MONSTERBERG.

Vratisl. Siles.



Nobilis infinctus TE concitat ardua Phoebi  
Palladis et castae discere sacra Deae,  
Aspice Pieridum cultor nunc digna labores  
Inuenere FABRI, proemia, docte TVI.  
Sed maiora dabit sapientia, quippe beatum  
TE reddet, veras et TIBI tradet opes.

Hoc quaecunque amoris mei erga Te Specimen Nobilissime  
atque Doctissime Domine popularium dilectissime vt acci-  
pias rogar

FR. SIG. L. B. PREINBERG de Horneck et Wildsching,  
Günzino - Hungarus.

Calliopen Phoebus cum persequeretur amatam,  
Dum cupit amplecti, foemina laurus erat.  
Non ego TE linguam, posthac mihi crinibus apta  
Et nostris inquit, fersa dabis focis  
Hinc TIBI Musarum studiosae sacra colenti,  
Frondebis ex illis pulchra corona datur.

IOANNES MAVRITIVS  
à Prittwitz et Gaffron.

Haec sunt assidui studii TVA praemia iusta,  
Quae, VIR DOCTE, TIBI Musae praebentque dicantque  
Atque profecto mihi esse potest, quid gratius vnquam?  
Quam coeptas TIBI si non destiterit struere aras,  
Phoebus, quae starent, tangentes sidera cella,  
Supra Nestoris annos. Hoc nil dignius est TE.

CAROLVS ERNESTVS de SALISCH.  
Silesius,

Docta viret semper laurus nec fronde caduca  
Carpitur: ex vero naso poeta canit.  
TV quoque iam laurum nactus clarissime FABRI  
Aeternum Phoebi nomen ab arte feres.  
Gratulor ex animo parvae TIBI munera laudis  
Floreat ingenium tempus in omne TVVM.

Ita Nobilissimo atque Doctissimo Domino GREGORIO FA-  
BRI Amico et contubernali suo suavissimo de obtentis in ar-  
te Poetica summis honoribus laetam declarabat mentem.

FR. LVD. de WEYHER. Eq. Pol. Bor.

Et mari et terra rabidi Mauortis,  
Arma stringuntur, madidi rubescunt  
Caedibus campi, populatur atrox  
oppida miles.

Sed licet tanto trepidant tumulu  
Regna, tranquillam capiunt quietem  
Finibus nostris, veteri colendae  
More Camoenae.

Inter Illarum celebres alumnos  
Caeteros longe superas honore.  
Dignus ornaris viridis corona

Frondis Amice.

TE iuuat fertis redimire frontem  
Quae suis Phoebus fociis ministrat  
Gloriae testes, studiis parata

Praemia carpe.

MAXIMILIANVS WIENTZECK.

Te calcaſſe iuuat veterum veſtigia varum,  
Et citharae doctas adplicuiſſe manus.  
Nunc TIBI Pieridum meritum perſoluit honorem  
Cui fueras deditus peſtore docta cohors.

IOH. ALEXANDER ZELLER. Megap.

Munera nulla TIBI diues natura negauit  
Accellum paucis queis Helicon a petas,  
Nec minus et feruor ſcrutandi Sacra Mineruae  
Ingenii claras accumulauit opes.  
Sic merito florens cingit TVA tempora laurus,  
Iure poetarum nomina doctus habes.

GUSTAVVS IOHANNES ZELLER.  
Megapal.



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17  
U 18





VIRO  
CLARISSIMO DOCTISSIMO  
DOMINO  
GREGORIO  
FABRI

HRVSSOVIA-GOEMOERIENSI HVNGARO  
PHIL. ET THEOL. CAND.

CVM

RITV SOLEMNI  
LAVRV POETICA

DIE XXIV. MENSIS NOVEMBR. ANN. MDCCLXVII.

IN ILLVSTRI SALANA

CINGERETVR

DE

SVMMIS IN HAC ARTE

OBTENTIS HONORIBVS

LAETAM DECLARATVRI MENTEM.

GRATVLANTVR

AMICI ET CONCIVES HVNGARI



VIENNAE, LITTERIS SCHILLIANIS.

*Abulit in orna-  
mentum bibliothecae Per-  
noum ipse Cl. atq. Doct.  
Dr. Greg. Fabri. Poeta Laur.*

era pulfat,  
ferit.  
occidit, cheu!  
tuum.  
vulnus!  
mor!  
Magnes  
gas.  
gaudia reddet  
ofis.

